



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**  
**Salisburgi, 1693**

46. De Observatione Jejuniorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

imprimi debent, quàm Ordinarius adhibito consilio Theologorum & aliorum piorum virorum recognoverit, eaque de re instructionem ad Sedem Apostolicam miserit, eiusque responsum acceperit; prout hæc omnia disertè habentur in duobus decretis Urbani P. VIII. quæ referuntur à Barbofa in *Collect. DD. ad c. 2. h. t. n. 6.* & inserta sunt in Bullario Angeli Cherubini. *Tom. 4. pag. 54. incip. Sanctiss. D. N.* & videri poterit prolixius idem Barbofa in *Tract. de Offic. Epis. p. 3. alleg. 97.*

TITULUS XLVI.

De Observatione Jejuniorum.

**I**N textu *hujus Tit.* enumerantur in primis Vigiliæ, quibus indicitur jejunium; deinde quòd propter necessitatem famis, vel infirmitatem corporalem, aut debilitatem possit in quadragesima, vel alijs jejunijs diebus dari licentia comedendi carnes, & in hoc sit attendenda consuetudo Regionum: *Preces tamen sint pro talibus & cum talibus effundenda, ne ipsis aliquatenus imputetur; cum bonarum mentium sit, ibi timere culpam, ubi culpa minime reperitur.* Et demùm quòd si Natalis Domini incidat in feriam sextam, tunc propter excellentiam festi liceat comedere carnes, exceptis illis, qui ex voto, aut regulari observantiâ tenentur abstinere.

De hæc materiâ communi & practicâ latè tractant Casistæ, nos tamen etiam hic quædam scitu magis necessaria breviter subjungemus.

SUMMARIÆ.

1. Jejunium incidens in bacchanalia potest anticipari.
2. Quales cibi interditi in jejunio.
3. De Refectione.
4. De tempore refectionis.

5. *Causæ excusantes à jejunio.*  
 6. *Hæreticorum siles ex contemptu ipsius comparantur dissolutis Minuibus.*

**Q**uibus diebus jejunia servanda sunt in Calendario satis apparet nisi quòd scopus ex causa jejunium transferre possit ut si Vigilia S. Matthiæ incidat in triduo Bacchanalium, ubi pauci fervorem jejunium poterit id anticipari in Sabbato. *Lib. 4. tract. 8. c. 3. in fin.* Consilium autem jejunium Ecclesiasticum in tribus, immo

I. In defectu ciborum, ut abstinere carnibus; & quidem de Jure Canonico tantum à carnibus, sed etiam lactibus, quæ trahunt sementinam originem, ut caseo, lacte, ovis, abstinendum est. *2. n. 1. quod tamen immutavit. In hoc cent Gl. in c. Presbyter. 3. d. 12. & admonere. 8. V. carnem. caus. 33. 1. 2. Host. in Sum. de Observ. jejun. Sylv. jejun. num. 10.* cum concessione lactis & rum etiam lardi & sagiminis ulum concessum intelligi, cum formaliter non sit, nec videatur major ratio in caseo v. g. in sagimine &c. Verùm in nostris partibus hæctenus id non receptum est, nec introducendum, ne paulatim in jejunio ges licentiosius peccetur. Interea Paul. Laym. *d. l. c. 1. n. 3.* propter auctoritatem DD. ex causa inopia, vel alia causa per Parochum concedi posse, ut v. g. butyri lardo vel sagimine uti liceat.

II. Requisitum est, ut in die una refectio fiat. Sed Sylv. *d. l. n. 9.* citat refert diversas DD. opiniones, ex quibus plerique sentiunt, consuetudine potius universali Ecclesiæ, quam jure aliquo immutari plures comestiones in die probari. Hæc pro consuetudo in plerisque locis ita tenet

ENCIT



est, ut liceat in meridie prandium & vespertinum solito largius ( dummodo adhuc in fines temperantia ) & sub vespertinum modicum collatiunculam fumere, cujus collatiunculæ quantitas & qualitas, cum in iure determinata non sit, ex rationabili consuetudine consideratis locorum & personarum his minime cibi indigentium circumstantiis desumenda erit, ita ut potius quaratur quantitate & qualitate ciborum aequalis sature sustentatio, quam nutrimentum & delicatias. Laym. d.l. num. 9. Azor. l. 7. c. 17.

III. Requisitum est, observare tempus refectionis, & hoc olim erat vespertinum tantum, prandio in cenam mutato. c. solent. 50. de Consecr. dist. 1. c. post pascha. 10. dist. 76. & hic consuetudo tempus meridianum habebat, illudque notabiliter v. g. per unam horamve horam comedendo anticipare ex causa nullum peccatum, sine causâ ad summam venialis culpa est. Rich. in 4. dist. 15. c. 7. 9. 8. Laym. d.l. n. 11.

Causæ excusantes à jejunio sunt: I. Juvenilis ætas; nam ante 21. ætatis annum completum non est jejunandi obligatio, eò quòd tunc corpus adolescens majori indigeat nutrimento. II. Ætas senilis juxta dispositum corporis & virium arbitrio prudentis variandam. III. Infirmis vel debilitatis corporis. IV. Labor, occupatio & defatigatio corporalis, uti est in mechanicis, itinerantibus, infirmis &c. in conjugatis etiam continentia vel abstinencia periculum anime aut corporis passuris.

Ille causæ ad tumendam alteram largior refectionem in cibis jejunalibus ordinata, cuiusque conscientie relinquuntur: sed ad comedendas carnes declaratio vel dispensatio Episcopi, aut eo longius distante, proprii Parochi acceptare debet, ne si res cuilibet privato arbitrio committatur, nimis quisque partialis in propria causâ iudex sit,

& paulatim abstinencia quadragesimalis vitia comprimens, mentem elevans, Deum placans & promerens, Christi Domini exemplo auspiciata, Ecclesiæ continuo usu & SS. Patrum doctrinâ confirmatâ è medio tollatur.

Sanè quòd heretici jejunium & jejunii meritum fastidiunt, contemnunt, ex hoc ipso fidem suam de fallitate suspectam, imò & convictam faciunt, & se tantum carnalibus desideriis & deliciis immerfos ostendunt: quot enim in veteri & novâ lege jejunii exempla? Exod. 24. 34. Deut. 9. Joel. 2. Matt. 4. 6. & 17. Marc. 2. Ad Roman. 13. 1. ad Corinth. 7. 2. ad Cor. 6. Ephes. 5. Thess. 5. Tit. 2. Act. 13. 22. Quomodo gloriantur se Biblicos & Evangelicos, si omnia illa consilia Evangelica, quæ in mortificationem corporis tendunt, 1. Cor. 9. in fin. Ad Coloss. 3. ad Gal. 5. angue pejus abhorrent. Certè si secundum carnem vixerimus, moriemur, si autem spiritu facta carnis mortificaverimus, vivemus. Ad Rom. 8. Non sufficit exemplo diaboli Matth. 5. legere, scire, & allegare scripturas, nisi simul observemus. Non melius mihi imaginor hereticos in arca via, quàm ex predicatione Christi Matth. 7. tenet Ecclesia Catholica, quàm indisciplinatos & dissolutos Monachos in aliquâ sanctâ Religione: & non immerito, à similibus enim suam fidem didicerunt. Sed multi vocati, pauci electi: Studeamus ergò, ut per bona opera certam nostram vocationem & electionem faciamus. 2. Petr. 1.

## TITULUS XLVII.

### De Purificatione post partum.

Declaratur in c. un. h. t. quòd licet in Veteri Testamento mulieribus post partum